

IO. PAVLI GALTERII
I. C. ALTIMONTANI

Practica Criminalis Instrumentaria,

IN QVA PRAETER CAETEROS,
qui hactenus, se ea re icipere, optima methodo, & or-
dine de Instrumenti publici forma, Reali Imprio-
ne, Liquidatione, & Executione,

IVXTA RITVM MAGNAE CVRIAE VICARIAE,
adiectis S. R. C. decisionibus, accuratè pertractatur.

OPVS QVIDEM OMNI PERE EX PARTE
absolutum, omnibus necum in foro, verum etiam in sch-
lis versantibus apprime utile, ac necessarium.

TERTIA HAC EDITIONE MVLTIS QVIDEM,
*quibus antea scatebat mendis est expurgatum, & nouis ipsius
Authoris Additionibus, sub Nota () auctum.*

ACCESIT INDEX AVCTOR.




NEAPOLI,

Ex Typographia Tarquinij Longhi. MDCXIX.

SVPERIORVM PERMISSV.



BIBLIOPOLA LECTORI.



DRODIT mea opera,
ac sumptu Ioānis Pau-
li Galterij Altimontani
Iure Consulti Instru-
mentaria Praxis, eius-
dem Authoris multis,
& non pœnitendis no-
uis accessionibus illustrata, & aucta.
Cùm creuerit liber, mutauimus formam
in grandiozem. Exemplaria primò, & se-
cundò impressa auidè excepta, iam non
amplius prostabant. Querebatur à mul-
tis. Ego vt iuris prudentiæ Candidatis,
& præcipuè ijs, qui in foro versantur

IOANNIS PAVLI
GALTERII

IURCONSULTI ALTIMONTANI

Practica Criminalis Instrumentaria

Fœliciter incipit.

Tertia, & postrema editio cum additionibus.

P R A E F A T I O.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordo quid.
- 2 Ordo ubi deficit, ibi est confusio.
- 3 Scire quid facias, & nescire quo ordine facias non est perfectè cognitionis.
- 4 Sapientis est ordinare.

I VM Ordo sit firmum, & rectum fundamentum omnium rerum, sine quo nihil super ædificari potest; atque omne bonum in eo consistit, teste Augustino relato à Luca Pennen. in l. 2. C. de proxim. sacro. scriniorum lib. 11. & ipse dicitur parium, dispariumq; rerum sua cuiq; loca tribuens dispositio, secundum eundem Augustinum 19. de Civitate Dei cap. 14. relatum ab eo-

dem Pennen. in l. is quidem eolum. 2. C. qui militare possunt lib. 12. & teste Cicerone lib. i. officior. compositio rerum aptis, & accommodatis locis, & ex Bald. in tract. schismatis, qui est ante rubr. C. si quis aliquem testar. prohibuer. num. 8. & in proœmio Digest. Entium modus, sine quo nihil agitur adeo quod si ea, qua gerimus initium non habent, omnis noster actus inanis efficitur. l. quicumque gerimus, ff. de action. & oblig. & ubi his non est, dicitur esse